



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri  
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

**Sadoleto, Jacopo**

**[Francofurti], 1607**

IV. Iac. Sadoletvs S.R.E. Cardin. Scipioni Blanchino, S.P.D.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

## IV.

JAC. SADOLETVS S.R.E. CARDIN.  
Scipioni Blanchino, S. P. D.

Quoniam meus tuis literis, quæ tamē ad me tardissimè fuit  
Dordoy, de eis rebus scribens, quæ isthic ipsi honoris sui comi-  
tationem, valde feliciter & ex sententia processere: cum multa  
interiorum erga se officia commemorat plena amicissimi in me,  
quæ illam abbas meis literis commendaram, studii & benevolæ  
voluntatis tibi dat præcipuè, summæ erga se humanitatis, &  
perillam quædam liberalitatis testimonium: coactiq; tuo di-  
cuntur se esse: pud te, & domo tua, tanquam sua comiter ac iu-  
cunde vsum esse perferentur. Quod ego mi Blanchino in eam partē  
scripsi, ut quamquam tu omnium doctorum virorum & fautor,  
& observator sistam hoc mihi in ipso Bordingo honoris abs-  
entia officii tributum esse non dubitem. Non enim sum oblitus,  
cum ego olim isthac iter facerem, Bononiamq; venissem: te mihi  
admodum publicum præsto fuisse: inuitatq; domum tuam  
habere, & omnia signa egregii cuiusdam amoris mihi ostendit.  
Quæ ergo tua tum humanitate cum non essem vsus, quod mihi  
tantum præperum ac necessarium: recordor tamen, per-  
illam habuisse, ac si & tecto, & opibus tuis ex labore vite planè  
reuerenti fuisset. Neque verò postea (ut sum natura factus) ex a-  
micitia quam excellit meo, illius tui facti officiiq; memoria, nunc  
in Bordingo ipso renouatum per te, factumque est excitatius:  
quod non oblituerat quidem in mente mea, sed se ad occasio-  
nem aliquam tempusq; referuabat, studium meæ quoq; tibi vi-  
cissim benevolentie aliquibus tibi signis indicisq; declaranda.  
Quo quoniam propter diuturnam absentiam meam re ipsa effi-  
citur in illas videtur esse, & spissius: circo has ad te interim da-  
tata litteras, quibus tibi significarem, animum tuum istum erga  
me, istum respectum iam pridem, & nuper in Bordingo aper-  
tè etiam factum fuisse: quem tu honoris mei gratia tam ho-  
norifice amantèq; tractaris. Quod si locum mihi fortuna præ-  
staret, ut possim, quanti te faciam, & quid tua causa velim, quem-  
modum quidem cupio atq; opto declarare: perficiam ut intel-  
ligas me homini gratissimo, & similiti tui amantissimo, præstitisse  
officia, quæ non idèò solum permagni æstimanda sunt, quod  
benevolentia & amore proficiuntur: sed etiam quod gignunt  
illud & procreant summam benevolentiam: quam iam inter nos  
mutuam constantem esse, & à mea parte conficius mihi sum, & è  
tuo. Tu mihi Blanchino da operam ut valeas: nosq; fac ab-  
sentis ut diligas. Mattheum Curtium medicum apud nos in-  
signem,

signem, & doctissimum hominem, Romulum, totamque familiam Campegiorum domum, qui omnes in Bordingo suum mihi amorem & amorem patefecerunt, meis diligentissimè ut salares vobis, gratiasque cunctis hoc nomine agas, etiam atque etiam te peto. Carpentoracii.

V.

IACOB. SADOLET. S.R.E. CARD. PRO-  
spero Sancti crucis S. P. D.

**M**AGNA me voluptate affecerunt literæ tuæ: ex quibus perspexi, vigere apud te, & memoriam amicitia nostræ, & studium propensæ erga me voluntatis: quam ego habui semper carissimam, ab eo tempore usque, quo tu Patavii optimis artibus operam impendens, nonnulla iam illhinc ad me tui amoris indicia misisti. Quo quidem tempore memoria teneo, me dupliciter ex te letari esse solitum: cum ab eisdem rebus cognoscerem, & quantum tu mihi tribueres, & quantum cæteris ipse æquallibus, qui tunc in eodem versarentur cursu, industria & omni laude ingenii antecelleres. Securi est tempus, cum sumus Remo-  
mniaque ea quæ inter nos intercesserant tanquam elementa & semina futuræ familiaritatis, congressu nostro mutuisque sermonibus alta, educta, confirmataque sunt: nostraque coniunctio in eum statum adducta, ut & tua mihi obseruantia, & meus tributus amorque patuerit. Sed quorsum hæc? Ut intelligas, mi carissime Prosper, ea quæ tu scribis in literis tuis, de tuo studio & benevolentia erga me, deque ea fide ac diligentia quam in causis meorum sis præstaturus, etsi iucundissima mihi fuerint legenti literas, tamen etiam sine literis, animo mihi præcepta, ac minus dubia fuisse. Carolum quidem meum optimo iudicio visum esse video, qui te & Aragonium nostrum patronos populi meo asciverit. Quid enim mihi vtriusque vestrum lide, doctrina, benevolentiaque exploratus? Equidem laboro meorum civium curas, ac idque me & iuste & pie facere iudico. Agitur enim illorum meum autem officium: quod ego ita sanctè diligenterque tuteo, ut nihil sit omnino quod habeam antiquius. Quid si in humanis actionibus & negotiis, valuit semper apud me ratio officii præsum, quid facere debeo in divinis? Ex Deo enim est hæc, non ex hominibus, quæ mihi cum his populis necessitudo contracta est: quam ego dum integrè castèque custodio, si minus sereno commodis & utilitatibus meis: illos tamen fructus multò vberiores respicor, quod pacatus intus, & totus mihi concors, optima cum spe vivo. Cum igitur mei huius laboris atque officii bona pars ad vos delata vel potius mihi communicata sit vobiscum: peto am-  
bobus